

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## Q VARTVS

Arcefilais scytha.

**A**rcesilaus Seuthi siue scythi filius sicut Apollodorus in tertio chronico-  
rum ait: pitanaeus ex aolide primus mediam iuexit Academiam negati-  
ones continens propter sermonum contrarietates: primusq; in utranq;  
differere partem aggressus est. idq; orationis genus quod plato tradiderat: per  
interrogationem ac responsionem ex umbra in certamen ac puluerē prior edu-  
xit. Crantori uero in hunc modum congressus est: **Q**uartus erat ex fratribus: q;  
illi duo erant ex eo dem patre duoq; eadem ex matre generati. Ex his alter qui  
eodem ex patre maior natu erat pylades: qui uero ex matre Moereas dicebat:  
quiq; eius curator erat. audiuit itaq; principio qdem Autolicum mathematicū  
ciuem suum ante q̄ proficisceretur athenas: q̄ cum sardis quoq; perrexit. Deide  
Xanthum atheniensem quoq; musicum: post quem Theophrasti auditor fuit.  
Tum demum in academiam se ad Crantorem contulit. Moereas enim quem p̄  
diximus frater illum ad oratoriam ediscendam hortabatur: sed illum philoso-  
phiae iam amor coeperat. Eo amore flagrantem Crator amator suus Euripidis  
ex Andromeda uersiculo pcontari pergīt. Num gratias habebis si te seruarim  
uirgo? cui ille sequentia respondit. Duc age me hospes: & ancillam aut coniu-  
gem ut uoles habe. Ex hoc iam pariter ambo morabantur. Aegre tulisse Theo-  
phrastum aiunt illius recessum: ac dixisse. **Q**uam ingeniosus promptusq; ado-  
lescens e schola discessit: Nanq; cum esset in dicendo grauissimus atq; in scribē-  
do satis exercitatus: poeticæ quoq; operam dedit. Feruntur eius epigrammata  
in Attalum.

pergamus haud armis: sed equis quoq; clara p orbem

Dicitur a pisa quam coluere dei.

Ex loue si fas est mortali dicere mentem

Rurfus erit multo concelebrata magis.

atq; Menodorum Eudami filium unum ex condiscipulis amantem.

Hinc distat phrygia est longe sacra hinc thyatera

O Menodore tua patria cadauada.

Aequalesq; uia ducunt acheronta nephandum

Virorum ut acer undiq; permensurata.

Hoc tibi sed tumulum accurata condidit arte

Eudemus omnibus qui tibi amicior.

Amplectebat Homerum maxime ex oibus: cuius adeo studiosus erat: ut semp  
ante somnū eius aliquid legeret. Mane quoq; cū surgeret dicens se ad amasium  
pgere ne ab eo legēdo impediret. pindaꝝ quoq; dicebat esse iprimis idoneū  
implere uocem: uerborumq; ac nominum copiam præbere. Stilum ēt ionicum  
expressit cum esset iunior. Hipponici item geometræ auditor fuit: in quem cū  
esset alias hebes & obtusus & hiscens: artis tamen intelligentia ualeret: iocatus  
est dicens hianti sibi geometriam in os aduoluisse: eum etiam dementem ali-